Ad maiorem ALTISSIMI Gloriam

sub

Eiusdem PRÆSIDIO

DISPVTATIONEM HANC IVRIDICAM INAVGVRALEM

DE

HÆREDIBUS INSTITVENDIS,

Ex

AVTORITATE ET DECRETO NOBILISSIMI ARGENTORATENSIVM JCTORVM ORDINIS

PRO HONORVM APICE IN VTROQVE IVRE RITE ASSEQVENDO

PVBLICÆ AC SOLENNI ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

JACOBVS Schnorrenberg/ inter Juliacos Deurensis.

Ad d. 6. Iunij, horâ locoq; solitis.

ARGENTORATI,

Typis expressit ANTHONIVS HAVG.

M DC LXI.

DEO T.O.M.

PATRIAE PARENTIBVS,

PATRONIS & AMICIS

Dedicat Autor.

THESIS 1.

QUoniam haud ullum, juris giet peritum, materiam, in jure vix aliquam, pulvere palæstrico reperiri inaspersam, proindeque non quod rariùs, sed utiliùs arenam calcaret, proferri oportere; ideo dissertationem hanc, de novissimi humani decreti prora & puppi, nempe heredis institutione, tam publicam, quam privatam implicante utilitatem cudere, illi tamen hederam viridiorem (dum usum ipsa res loquitur) nullam præfigere, sed anfractibus omnibus vitatis, intentum ipsum aggredi conclusum est Quod dum fit, paucula, unde hæres, quid, & quotuplex sit, præmittuntur.

2. Quoad primum, vocabuli huius etymologiam, num ea, ab herus, ære, hærendo, vel hæredio deducatur docebit Wesemb. *in parat. hic* & *latius Ampliss. D. meus summè vener. D. Rebhan. in Hodeg. ch 2. cli. 2.* quo brevitatis amore fit remissio: Cæteroquin is hæres dici potest, qui suo nomine sive per se, sive per alium hæreditatem adeptus est, *arg. l. 2. de pet. har.* isque vel necessarius, vel suus & necessarius, vel extraneus. *I. in pr. de har. qual. & differ.*

3. Necessarius dicitur, qui nolens volens hæreditatem adire cogitur, qualis servus à Domino suo institutus, idque ob potestatem, cui subest, dominicam; sui & necessarii sunt liberi sub potestate patria proximius constituti; sui ita dicti, quia in hos uti hæredes domesticos paternorum bonorum dominium ipso jure continuatur, §. 2. *I. d. t.* idque vigore patriæ potestatis, hos invicem ita nectentis, ut pro eâdem reputentur personâ *Hippol. Perez.* Iidem necessarii dicuntur, quia sive volunt no-

lunt

sunt tam ex testamento quam lege, hæredes esse de jure civili coguntur, *d.* §. 2. quod non mireris, dum parentibus in illos, jus vitæ & necis, inter alia olim competiit. Secus de jure prætorio, quo illis utroque casu abstinendi facultas concessa, *d.* §. 2. Extranei, quatenus prioribus opponuntur sunt illi, quos patria nescit potestas, Perez *d.t. Mynf Manz.*

4. Et tales (primo excepto) vel veniunt ab intestato ex lege vel testamento, uti præmissi omnes, & hinc dicuntur hæredes legitimi vel testamentarii. Cum hisce (quorum prior habetur ratio, *l.* 39. 70. *d. acq. vel amit. her. l.* 89. *d. R. I.*) uti indigitatum, nobis res est, Qui vel instituuntur primo vel secundo & ulteriori loco: ac hoc modo directè vel obliquè, illi dicuntur propriè substituti, & tales præcipuè, vel vulgariter, vel pupillariter. Hi nominantur fideicommissarii: illi, uti primo loco instituti solo testamento, *l. in pr. h. t.* hi etiam codicillis ab intestato, §. 2. *I. eod.* designantur, quia hæc substitutio non est institutio, sed solum declaratio eius, cui hæres ab intestato vel ex testamento institutus, hæreditatem restituet, Manz. Perez *h. t.* ad hos quoque substitutos omnes discursum hunc extendere statueram, sed id propositi ob incidens nimium urgens invitus retrahere coactus, quare in hac hæredum primo loco institutorum materia nudè persisto.

5. Est autem eiusmodi hæredis institutio legitima designatio successoris in universum jus, quod defunctus tempore mortis habuit, Perez *ad C. h. t.* a quo non diss. *pred. D. Rebban. alleg. loco.* dico de institutione hæredis primo loco facta, cæterum vocabulum hoc largiùs sumptum, etiam heredes ulteriori gradu in subsidium denominatos comprehendere non diffiteor *in pr. I. de vulg. subst. l.* 9. *l.* 36. *eodem.* & quam variè idem extra materiam præsentem sumatur, *Amplis. D. Rebban. d. loco. n.* 23. uberrimè monstrabit.

6. Hanc institutionem, testamenti formale. *Sub.* Caput ac basin esse testantur, *idem D. Rebb. Perez. Item text.* §. 34 *I. d leg.* adeò ut eâ omissâ, omnia in testamento contenta corruant. *Wes. Tr. ad eund. Bach. Perez h. t.* unde antiquitus ab hæredis institutione id incipiendum fuisse habet, *d.* §. 34. *l.* 1. *h. t.*

7. Illam divido in expressam, tacitam & præsumptam

Primam

Primam habes, cum eam testamenti verba evidenter præsefe-runt, *ut Titius heres meus esto.* Alteram, cum sub scriptis implicitè magis continetur quam extrinsecus videtur, *ex.gr. Seius & Sempronius invicem substituti heredes sunto*, ratio quia substitutio utpote secunda institutio locum reperire non potest, nisi in animo præcedat institutio prima, *l. 37. §. 1. h. t.* posteriorem, dum illam neque expressis, neq; implicitis verbis ostendere, sed meris conjecturis ex cuiusque natura & voluntate sumptis perhibere vales, ut *l. 5. C. de inoff.*

8. Omnis huius institutionis legitimitatem ex personâ testantis primò melior, quia de hoc primaria in testamenti quæstione fit inquisitio, *l. 4 de testam l. 8. C. d. pet. h.* nemo igitur hæredem instituet, nisi testamenti factionem habeat. Ulp. *t. 22. W. in par. h. t.* habent verò omnes, nisi qui expressè inveniuntur prohibiti, *Amplis. D. Rebb. Sich. Mynf. Perez.*

9. Cuiuslibet verò expressæ prohibitionis causam in defectu internæ vel externæ qualitatis delitescere video: illius defectus primus ab ætate pubertatem nondum attingente deducitur, *§. 1. l. q. n. est perm. f. t.* impubes enim, pubertati etiam proximus, ne cum tutoris authoritate quidem, rectè testatur, *Arg. l. 32. h. t.* quia voluntas ultima, ad alienum arbitrium nequaquam regulanda. *d. l. 32. Osterm. Schn. Sich.* multò ergo minus testamentum à solo impubere conditum valebit, quia judicium eius ad hunc actum pro nullo à Just. *§. 1. inst. d. t.* declaratur, adeò ut, id ante pubertatem cœptam factum, ex post reconvalescere nequeat, quod enim initio nullum, quî reconvalescet? *per text. vulg. l. 29. d. R. I. Perez ad C. h. t.*

10. Ex quo patet qualitatem in testatore, testamenti tempore residentem primitus inspiciendam esse. *d. Amp. D. Rebhan d. loco.* imo illo tempore tam necessarios pubertatis annos esse statuimus, ut etiam malitia ætatem supplere non possit, Perez. *d. t. n. 2* quia L. in persona testantis pubertatem pro qualitate substantiali ab actu inseparabili requirit.

11. Sed quoniam constat olim duplici impuberum generi & in specie tribunis militum & professis cœlibatum (de quibus latius Bach. 2. *d 10. th. 3 a.*) testandi libertatem specialiter esse concessam, non repugnarem & hodiè etiam impuberi

 saga-

sagaciori (in quo malitia ætatē superior deprehenderetur) ad testamenti factionem aditum per statuta, aut consuetudines aperiri posse: *Tr. d. l.* qui tamen hoc non indistinctè, sed ad pias caussas restrictim approbat, sed Bach. *ibidem* contra, cui subscribo.

12. Alterum qualitatis internæ defectum in vitio animi & corporis constituo; illuc refero infantem, furiosum, dementem & prodigum, quia testamentum voluntatis nostræ justa sententia est, *l. 1. de testam.* atqui hi omnes respective de facto & jure nullam habent voluntatem, *§. 1. I. quib. non est permiss. fac. E.* Id tamen quo ad furiosum dilucida habentem intervalla. *ibid. & l. 20. §. 4. d. t.* limitatur: cui non obstat, si is postea in furorem recidat, in eodemque moriatur, & ita in caussam veniat à qua incipere non potest. Resp. enim hoc obesse, si quis impedimento juris ob diminutionem status intestabilis fiat, & talis moriatur, quod secus hoc casu. Ex eodem rationis fonte Imperat. testamentum prodigi tempore frugalitatis, vel ante interdictum conditum non reiicit, sed admittit. *d. §. 1. l. 18. d. t.*

13. Quod de prodigo dictum, id de eiusmodi intelligas, cui cognitione prævia bonis interdictum, *Clar. §. testamentum q. 33. Perez. ad Cod. Sicb. ad Rubr. C. qui test. f. n. 15.* etiam per injuriam *Tr. d. l. th. 3.* quia sententia pro veritate habetur, & jus facit, *l. 25. de St. h.* pro eadem enim semper justitiæ militat præsumptio, *c. sicut in f. de re jud.* ideò non attendimus, num hic ethicè talis, sed an pro eiusmodi, sententia judicis, virtutem ipsius veritatis habente declaratus sit, adeò ut idem testari nequeat, etiam si ab omnibus privatis pro frugali habeatur: Bach. *contra Tr. d. l.* quid enim insulsius, quam neglecto legitimo ac ordinario appellationis remedio, ob gravatos relevandos de jure salubertimè prodito, sententiam à judice latam, communi privatorum nil judicandi potestatis habentium, judicio maximè fallibili committi, perque id reformari.

14. Hic tamen post decretum Prætoris resipiscens & rursum frugaliter vivere incipiens bonorum interdictione ipso jure exemptus testamenti factionem recipiet, *l. 1. de cur. furios.*

15. Ad defectum qualitatis internæ in vitio corporis situm, refero surdum, mutum & cæcum: *§. 3. d. t.* Circa quos tamen

tamen juris varietatem nota: Inprimis enim surdus olim nullo modo testari poterat, quia verba familiæ emptoris solennia, nempe: *hanc ego familiam, qua mihi empta est, hoc are, aneaq, libra jure Quiritum meam esse aio* audire non valebat. Eadem ratione mutus formam testamenti effari non poterat: Vlp. *tit.* 20. §. 9. non obstat, quod nutu hic voluntatem declarare posset; hereditas enim solo nutu non relinquitur, *l. 29. & ibid. DD. C. de test. ubi Perez* quia facilè in ultimis elogiis falsitas committitur; hi tamen licentiâ à Principe impetratâ testari poterant, *l. 7. de testam.* imò & absque licentia, de jure militari. *l. 4. de re. milit.*

16. Hodiè naturâ surdus & mutus simpliciter intestabilis; casu tamen ita factus nequaquam *l. 10. C. qui test.* surdus vero, vel mutus tantum natus testari poterunt, *d. l. 10.* sed quia surdum ad dignoscendas litteras, item vocis articulationem, consequenterque ad testandi actum de facto qualificare operosissimum, sanctionem hanc quò ad illum raro, vel nunquam practicabilem existimo.

17. Cœcus olim testamentum nuncupativum facere potuit *Paul. 3. sent. 4.* quia dicenda dicere, & audienda audire poterat; hodiè sive talis natus, sive factus, non aliter quàm ad normam *l. 8. C. h. t.* cujus tamen legis solennitatem eidem, inter liberos testanti remissam dicerem cum Perez: *ad C. d. t.* Clar. *d. §. qu. 17. n. 2. in f.* Mynſ. Schneidvv. quia in liberis naturâ duce ad hæreditatem paternam vocatis cessat falsitatis suspicio. *Diss. Pac. ad tit. t. qui test. fac.* Sed hæc de defectibus qualitatis internæ.

18. Defectus qualitatis externæ sunt I. ita dicti, respectu priorum, interim personæ non minus quam iidem inhærent. II. ita intellecti quatenus extra personam testantis sunt, & in nudo materiali, testamenti factionis objecto subsistunt; de prioribus ob personarum præ rebus excellentiam primitus discurremus.

19. Quocirca illorum, primum in statu pono, quales regulariter sunt servi, *l. 16. 19. 20. § 7. de testam.* peregrini, jure enim civitatis hi carent, quo testamentum condens Vallatus esse debet. *arg. l. 1. D. ad. L. Falc.* Dixi regulariter, quia servis populi Rom. publicis de dimidia peculii sui parte disponere etiam indultum erat. *Vlp. tit. 20.*

20. Huc

20. Huc etiam pertinent ii, non modo qui maximam mediam, sed & qui minimam capitis diminutionem passi sunt; ast hi non semper, sed cum eorum quis sui juris existens, alieno sese subiiceret, in hoc enim eadem, quæ in filiof. ita nato, ratio militat, de quibus infra: *th.* 23. & 24. Inter illos nominantur deportati, quâ tales *l.* 8. §. 2. *qui test. fac. poss.* quia fiscum successorem habent *l.* 2. C. *de bon. proscript.* & civitatem amiserunt; illud quamvis hodiè tam in his, quam in capite damnatis (excepto læsæ maiestatis reo) quò ad fisci successionem per *auth. bona* C. *d. t.* correctum sit; iisdem tamen adhuc testamenti factionem (appellantibus exceptis) non concedo: quia hæc auth. cum *Nov.* 17. *c.* 12. *Nov.* 134. *c. fin.* non in favorem damnati, sed eiusdem agnatorum, & coniugis publicata est: adeò ut & inter hos testamenti factionem de jure scripto eidem negem contra Bachov. *d. disp.* 10. *th.* 2. Interim hisce testamenti facultatem de consuetudine indulgeri testatur Clar. *d.* § *q.* 21. *n.* 1. Num & excommunicati intestabiles? *vid Clar. d. l. q.* 24. *Perez. ad* C. *qui test. fac. poss. Tr. d. disp.* qui regulariter negativam sustinent: Item num banniti, vide distinctionem *d. Clar. q.* 19. & *Tr. d. d. th.* 2. *b.* qui indistinctè negativam tenet: sed distinctionem Julii Clar. ut probaliorem accepto, ex eaque sustineo quod in imperio bannitus in eodem simpliciter intestabilis sit, eiusdem autem limites transgressus si fuerit, *cum sepè d. Cl. q.* 19. §. *testamentum* subdistinguo.

21. Relegatos à præmissis omnibus eximo, eosdemque per relegationem in jure civitatis, consequenter & testamenti factionis illæsos manere sentio, *l.* 4. D. *de interd. & releg. l.* 8. §. 4. *qui test. fac.* Secus captos ab hostibus quamdiu in eorum sunt potestate, § *fin. I. quib. non est perm. fac. test. d. l.* 8. *in pr.* horum tamen testamenta in statu civitatis condita ex æquitate per L. Corneliam, & jus postliminii salvata sunt. *d.* §. *ult. l.* 12. D. *de testam.* Dico de captis ab hostibus, non vero latronibus, prædonibus, pyratisve: hi enim liberi & cives Romani manent, *l.* 13. *d. t.* quia illi hostes quâ tales non sunt. *l.* 24. *de capit. & postl. reversi.* quod & in hostibus invicem Christianis hodiè servari liquido constat, capti enim ab illis in bello reciprocè liberi manent.

22. Item legatos ad hostes Pop. R. missos, licet hi apud eosdem sint in eorum tamen potestate non existunt, illud etenim

nim facti hoc juris est. Perez *ad C.h.t.qui testam.* Secus obsides captivis comparatos, *l. 31. de jur. Fisc.* quia jure togæ carent, & pro peregrinis æstimantur, Cuj. *ad l.11. de testam.* nisi togæ usu ornentur, quo indulto & Jus Civitatis concessum videtur, Cuj. *d.l.*

23. Ad prædicto modo intestabiles refero quoque de statu, & jure suo dubitantes & errantes; *l.14.15.D.t. l.1.pr.de leg. 3.* Nec ab his excludo filiumfam. sub patria potestate constitutum, & ita familiæ caput (quale pater ipse est) nondum existentem, *l.6.16. D. l.3. §.1.C.eod.* Jus enim testandi L.XII.tab.hisce verbis: *uti legassit ita jus esto* ad patremfam. restrictum est, adeò ut nec ille cum huius consensu elogium suum ultimum validè condere possit, *Tr.& ad eund. Bach. Perez, Jul.Clar.d §.q.18.n.2.* quia testamenti factio Juris publici, *l.3. de test.* privatorum pactis labefactari nequit. *l.38.de pact.l.13.C.de testam.*

24. Cui frustra opponas quod hic patre annuente mortis causa legitimè donet, *l.7.§.4. 5. de donat. l.25. §. 1. de don. mort. caus.* nam Resp. quod donatio hæc magis ad naturam contractus, qui privati juris est, accedat; Perez *ad Cod. qui test. fac. poss. num. 13.* Steinberg *ad Wesembec. de testament. num.* 18. quod maximè verum videtur si consideretur, ut in esse producenda, quia antequam ad esse produci possit, non sufficit solius donatoris uti legantis consensus, sed & requiritur donatarii acceptatio, præsentia vel scientia *l.38. D.de don.* Secus, quatenus consideratur ut in esse producta, tum enim in pluribus legato, à nemine nisi testamenti factionem habente relinquendo, assimulatur, de quo pluribus. Bach. *ad pr.l.de don.* Itaque præassertum nostrum de J. C. tám solidum, ut nec filio cum patris consensu ad pias causas testari licitum sit, Perez *ad l. non obst. l. 1. C. de SS. Eccles.* ibi enim vocabulum *unusquisq;* in terminis habilibus sumendum, secus de Jure Canon. ne Pia causa ex dispositione J. C. detrimentum patiatur, *C. licet de sepult.in VI.*

25. Limita tamen hanc filiif. intestabilitatem in peculio Castrensi vel quasi in quibus pro patref. habetur, *l. 6. de inj. rupt.* secus in peculio adventitio, etiam eo, in quo filiusf. usumfructum cum proprietate coniunctum habet, sicut enim regulam exceptio in casibus in se non expressis firmat, sic & exceptionis exceptio. primam exceptionem in cæteris secundò non

exceptis fundat, verum à regula communi, cuilibet testam. factionem activam concedente excipitur filiusfam. hæc rursus exceptio limitatur tantum, ut præpositum. E. *arg. §. 1. in f. quib. non de permiss. fac. test. l. pen. in fin. C. qui testam.* Nec ab hac opinione per oppositionem argumenti à contrario *ex l. ult. §. 5. vers. filiusfam. C. de bon. quæ lib. neq,* N. 117. c. 1. dimovebor.

26. His defectuosis adiice Monachos sub potestate superiorum existentes, *Tr. de disp. & th. d.* Perez *ad C. d. t. n. 20. Sich. ad rub. C. qui testam. n. 7.* quod tamen limita *ex Nov. 123. c. 38. auth. si qua mulier C. de SS. Eccles.* illud verum, quia mundo mortuos sese profitentur, neque proprii quid habent, *Nov. 5. c. 5.* adeo ut singuli Monachi partem rerum communium vindicare, neque cum permissu superiorum testari possint, nisi eorum quis, ad remedium à Durando *de art. test. tit. i. caut. 4.* suggestum convolaret.

27. Quia consideratâ tam filii, quam Monachi testandi inhabilitate; eandem ex causa potestatis, sub qua uterque constitutus, originaliter profluere cernimus, non ineptè quæres. num uxor sub sceptro maritali vivens testari possit? Resp. affirmativè Wes. *in par.* cum potestas maritalis tanti non, quanti. patria æstimetur & solummodo quo ad obsequia matrimonii, operas, forum, & conditionem mariti extenditur: *l. 1. & 13. C. de dign.* Secus ad vires P.P. *arg. l. 20. ad L. Iul. de adul. l. 5. C. de cond. ins.* Unde uxor sub P.P. adhuc subsistens non testatur *arg. l. 6. de testam.* quam tamen olim testamentum μυςικὸν non, sed nuncupativum facere potuisse. *Perez d. loco. idem sentit Steinberg ad Wes. d. loc. circa fin.* Atq; hæc de primo qualitatis extetnæ defectu, qui in statu extat, eiusdem defectus secundus, ex delicto commisso originem ducit *Velut. in l. 18. §. 1. de testam. l. 6. & 7. C. ad L. Iul. Maj. auth. credentes C. de hæret. l. si quis enim cum auth. seq. C. de incest. nup.*

28. Alter defectus principalis ipsum testamenti obiectum tangens, primò in Vasallo existit, cui regulariter adempta testandi libertas, *c. un. de success. feud.* hic enim feudi dominus plene non est, neque agnatis ex investitura primi acquirentis jus quæsitum habentibus, quid invertere potest: Perez *ad C. d. l.* quod adeo verum, ut ne hoc, ex testamento authoritate Princi-

pis

pis confirmato fieri queat, Gœdd. *d.7.de F.th.1.* quia per rescriptum Principis tertio jus suum adimi non potest, *l. nec avus C. de emanc. lib.* quod etiam ad testamentum pium pro anima extendit, Vultei. *n.70.c.1. §.donar. Curt.Iun.part.4. ex quib. caus. feud.am.n.125.c.1. §.donare qualiter olim &c.*

29. Ab hac tamen reg. *Curt. Iun. d. part. n. 132. & seq. Mynf.4.O.7. Gail.2. O.154. n.13.* feudum hereditarium pro se & filiis acceptum qui excipiunt hocq; uni filiorum prælegari posse sentiunt, quod similiter in feudo franco obtinere ait Gœd.*d.disp* idque maximè si inde resultet utilitas publica, item in feudo pro se & hæredibus quibuscunque, Curt.Jun. *d. l. n.* 130. quia Dominus per hanc clausulam *quibuscunq;* etiam ad alios juris feudalis incapaces initialiter consensum prorogasse videtur, cui non obiice: Hoc vocabulum *quibuscunq;* tam bene hic quam *sup.th.24. in l.1. C. de SS. Eccles.* vocabulum *unusquisque*, in terminis habilibus, & ut minus derogetur juri communi accipiendum esse, Resp. hoc transire si quædam generalia lege, vel statuto uti allegata, *l.* 1, comprehendantur & tum ea in terminis habilibus, aliarumque LL. minus correctoriis intelligi debere, secus vero in privatorum actionibus, ut hic, ubi prædicta ratio scil. aliarum LL. correctio cessat, & solummodo laxior proprii patrimonii, (quod cuilibet licet) concessio facta intelligitur, non addam, quod in dubio verba contra eum qui clarius fari potuit interpretanda sint. *l.9. de pact.3.*

30. Prior regula ulterius limitatur si testamentum cum consensu Domini fiat, vel ab eodem ex postfacto ratificetur, quia ratificatio retrotrahitur, & mandato comparatur, Curt. Jun. *d. pag.4. num.* 127. *c. ratihabitionem de R.I. in VI.* non obiicies: quod ab initio vitiosum tractu temporis non convalescit. hoc enim verum, si desit ab initio solennitas ab actu individua, sed consensum Domini à testandi actu individuum ac inseparabilem esse non perhibebis. Præfata tamen sublimita si Domini solius intersit, sin secus, interessentium quoque omnium consensum requiremus.

31. Limitatur item, si testamentum in præsentia Domini omniumque agnatorum non contradicentium condatur, quia silentium præsentis & actum impedire valentis pro consensu

 habe-

habetur. Curt Jun. *d.loc.n.* 128. Fallit quoque regula si agnatus proximior instituatur, ex hac paritatis ratione, quia alienatio, ut testamentum regulariter prohibita in proximiorem fieri potest: *text.in c.1.de alienat.feud.pat.* Verum quemadmodum vasallo de feudo disponere regulariter non licet, num ita & Domino super directo dominio testari vetitum sit, non immerito dubitabis, quia eodem uterque jure censetur, *c.1.in fin. de form. fid.* ideoque uni, quod alteri negatum, haud concedendum erit quare hunc ad exemplum vasalli inter agnatos, non vero extraneos de directo feudi dominio testari posse arbitratur, Gœdd. *anted.disp.& th.* quia vasalli interest, ne ipsi invito alius obtrudatur Dominus Vult. *C.9.n.*84.

32. Num prædictorum agmini etiam clericus ratione bonorum, intuitu Ecclesiæ specialiter perceptorum adscribendus erit? de J.C. *per auth. presbyteros C. de Episc. & Cler. N.*123. *c.*19. Nega: de J. vero Canon. ideò affirma. ut in ipso accumulandarum opum cupido extinguatur, eiusque animus ad bona respectu Ecclesiæ acquisita ad pios usus, liberaliter in vita expendenda potius incendatur. *c.* 1.7. *&* 9. *X. de testam.* Contrarium tamen consuetudine introductum esse testatur Perez *ad C.quod test.* Jul.Clar. *d.§ q.*27.

33. Quid juris in Christiano usurario manifesto statuendum? is quoque Jure Pontificio, ratione bonorum per usuras agglomeratorum, nisi usuras ablatas restituat, vel de iis restituendis idoneè caveat, intestabilis declaratur: *c.fin. de usur. in VI.* quod ampliat Durandus etiam in donatione causa mortis. *de art.test.caut.7.tit.i.* Quæ in prædeductis aliquanto prolixius de testandi inhabilibus tradita, ea ferè omnia apud Ampliss. D.Rebh. *in hodeg. Iur. d. chart.* 2. *clim.* 2. *th.*21. in versiculis sequentibus synopticè extracta depræhendes: scil.

Testari nequeunt Impubes Religiosus,
Filius in sacris morti damnatus & Obses
Prodigus & stultus dubius servus furiosus
Crimine damnatus cum muto surdus & ille,
Qui Maiestatem læsit sic cœcus & ille.

34. Testatoris persona eiusdemque qualitate tam testamenti quam mortis tempore attendendâ, penitus perspectâ,

proximum

proximum erit de illius voluntate, causa institutionis efficiente breviter disquirere. Hanc igitur, sublatâ in ultimis elogiis scrupulositate, verbis, non privativis sed affirmativis, tam directis ut: *heres meus esto*, *l* 1. §. 3. *D. h. t.* quam minus directis ut: *haredem meum te volo* liberè in testamento declaratam esse, *l.15. C. de testam.* (cæteris aliis suppositis) sufficiet: loquimur de voluntate ipsius testatoris non alterius, in cuius arbitrium expresse collata institutio de ventis erit, *l.32. D.b.t.* Secus velatè, *ut Mev. hares esto, si Titius Capitolium ascenderit, l.68 D.h.t.* contingere enim potest ut Titius capitolium invitus conscendat E. hanc institutionem ex Talii voluntate simpliciter non, sed ipsius facto dependere vides: prius de J. C. indubium, de J. verò Can. etiam dispositionem ultimam in alterius liberũ velle conferri posse, quibusdam videtur, idq; per *cap.13.X. de test.*

35. Ab hac tamen institutione in alterius voluntatem expresse collata, differt illa quam captatoriam vocant: Suth. *diss.b.aph.23. Tr.d.b. th.3.c.* In Jure enim nostro institutio tunc dicitur captatoria quando ex. gr. Titium ex ea parte instituo, ex qua me vel alium instituet, & talis etiam à milite facta, *l.* 11. *C. de test. mil.* inutilis & turpis est; Non sine causa dico: ex qua me vel alium instituet, i.e. si per nostram institutionem alterius hereditatem in futurũ captemus, secus si de præterito alter me jam instituit, & ego vicissim ex eadem parte eundem instituam *l.71. h. t.* in hoc enim cessat improbabilis ille alienis hæreditatibus inhiandi modus: Ex eadem ratione, si de præsenti inter duos reciproca fiat institutio, valebit, quia alter alterum de præsenti, æquali prosequitur amore; qua de causa duorum conjugum testamentum non reiiciemus cum Mynſ. 1. O. 8. Clar. *d.§.q.60.* Geil. 2. O. 117. *n.* 1. Quod, quia duplicem de utriusque bonis dispositionem continet, quilibet disponens altero etiam invito, & defuncto semper mutare poterit, cuiusque enim voluntas ambulatoria est ad extremum usque vitæ spiritum, *l.4. de adim. leg.*

36. Signanter *supr. th.*34. positum, ut testatoris voluntas liberè sit explicita, quia non immerito institutiones, ad interrogationem blandiloquam, ex infrænata, bona aliena aucupandi libidine factam, ab infirmis mortique vicinis elicitas su-

ſpicionis arguis, *Iul. Clar. Faeb. Sult. Weſ. Rittersh.* eas tamen non ſolum, ſed & metu extortas ipſo jure valere defendimus.

37. Ibidem voluntatem inſtituentis, verbis declaratam voluimus: nutu igitur ſolo, vel ſignis facta illegalis & invalida erit. Imperator enim in *l. 15. C. de teſtam.* ita hæredis nomen, ut eadem certa ſit, exprimi ſtatuit, quod nutu ſane & ſignis ægerrimè fiet, licet non deſint, qui (ſi de voluntate teſtatoris præambula apertò conſtet) inſtitutionem à ſanæ adhuc mentis exiſtente, (etiam loquelâ repentino caſu arreſtatâ) ſignis factam validam eſſe exiſtimant, idque in piis cauſis potiſſimum. *Michael Graſſ. Perez.*

38. Nutus E. vel ſignum ſolum inſtitutionem non operabitur ſecus ſi hoc verba inſtitutionis indefinita ſubſequatur, quo caſu illud demonſtrationis vice fungitur, perindeque eſt ac ſi certis verbis deſignatio hæredis facta fuiſſet quo pertinet, *l. 58. h. t.* nihil enim refert quid propriè vel alia nota nominis vices ſupplente deſignari, *l. 6. de reb. cred.* ex in igitur tam nominatim quam demonſtratione quem legitimè inſtitui poſſe conſtat. *l. 9. §. 8. l. 48. §. 3. in f. b. t.*

39. Quoad tamen *d. l. 9*, ita limitatur niſi demonſtratio contumelioſa ſit; cui obſtat adiuncta, *l.* 48. quarum ll. combinationem Tr. cum Bach. hoc modo intendunt: *leg. 9.* veram eſſe niſi nomini proprio contumelia adiecta ſit, quippe tunc hæredem detractâ infamiâ hæreditatem adire poſſe. *d. l. 48.*

40. Alii diſtinguunt inter contumeliam generalem & ſpecialem, illam licere addere, hanc non: Mihi vero ita diſtingnentium arridet ſententia num contumelia iniuriandi, vel corrigendi cauſſa adiecta ſit: Illo caſu inſtitutionis fini (qui eſt hæredem honorare) repugnante, inſtitutionem non: ſed hoc, valere.

41. Quid ſi demonſtratio non ſit contumelioſa, ſed & in nomine, vel qualitate heredis falſa & erronea, Reſp. ſi alias de certa teſtatoris mente conſtet, meritò valebit: *§. ſiquidem I. de leg. l. 5. C. b. t. Tr. Bart. & DD. Vulg. ad l. 4. C. b. t.* quo tamen legis caſu fiſco hæreditatē cedere ſtatuimus juxta, *l. 46. de jur. fiſc.*

42. Notandum præterea Nos *d. th. 34.* ad hanc inſtituentis voluntatem declarandam teſtamentum requiſiiſſe, ſolenne

ſcili-

ſcilicet ſive ſcripto ſive nuncupato à paganis conditum, cuius ſolennitates regulares de J. C. ſuggeret, *l.* 12. 21. & 28. *C. de teſtam. Item R.I. in Comitiis Colon. de Ann.* 1512. *ſub rub.* Von Teſtamenten. §. und ſollen die Notarii & *ſeq.* de Jure Canonico: *cap. cum eſſet X. de teſtam.* circa quas hoc ſolummodò adverti velim ut teſtes diſponentem non ſolum audiant ſed & videant. *Tr. Perez. Clar. d. §. teſtamentorum q.* 59. qui ibidem inſignem aliquando fallaciam in teſtamento ſolum audientibus teſtibus condito, de facto contigiſſe commemorat.

43. Cæterum hic quæſtio incidit num ſolemnitates illæ tanti faciendæ ſint ut iis in totum, vel ex parte non ſervatis etiam hæres, defuncti voluntatem ſciens, à pręſtandis teſtamento inſertis in foro conſcientiæ liber ſit? Contra *Tr.* 2. *d.* 10. 5. *a.* Negativam, dum hic hæres naturaliter obligatur, *l.* 2. *C. de fideicom. l.* 38. *de fideicom. libert.* & naturaliter obligatus etiam in foro conſcientiæ ſecundum DD. Comm. *teſtante Perez, Iul. Clar,* tenetur, defendimus.

44. Sed quia dictæ ſolennitates ſecundum Geil. Mynſ. ſtatuto augeri poſſunt. Dico heredem juxta ſtatutum loci inſtitutum etiã in aliis bonis extra territorium eiusdem ſituatis ſuccedere poſſe, *Tr. Bach. Iaſ. Geil.* qui hanc ſententiam cõmuniſſimam eſſe teſtantur, quia hæres ſemel legitimè inſtitutus titulum conſequitur univerſalem & individuum omnia defuncti jura tangentem, verum illud cum ſalis grano ſumas, de bonis extra territorium ſitis, etiam ſecundum eius regionis in quo ſunt, conſuetudinem diſpoſibilibus; bona enim ubi jacent jus accipiunt, uti in patria mea Juliacenſi bona ſtipalia vulgò: Stock-und Stam̃-güter / ab ultima diſpoſitione, etiam inter plebeios regulariter exempta ad heredem legitimum jure ſanguinis devolvuntur: Uti quondam in illuſtri ac pervetuſta Ubiorum Univerſitate Ampliſſ. Clariſſ. JC. Joh. Dalan, oretenus probatum dedit.

45. Alias à regularibus in d. ll. & alibi præſcriptis ſolennitatibus teſtamentum militum, ruſticorum, Parentum inter liberos, ad pias cauſſas, & peſtis tempore factum de jure relaxatum eſſe per DD. comm. aſſeritur, ſed quomodo, quodlibet, deſuper, quia id propoſiti noſtri limites paululum tranſgreditur, videatur *Tr.* 2. *d.* 10. *th.* 6.

46. Ita-

46. Itaque intra eosdem arctiùs persistens, dico codicillis hæreditatem directè (de quo hic loquimur) neque dari, neque adimi posse, *Tr.Wes.Manz.Schn.Perez.Clar.&c.* ne jura testamentorum confundantur. Unde qui hæredem instituit codicillos velle facere non videtur; deficiente itaque ordinatiâ testamentorum solennitate dispositio manca ne jure codicillorum quidem valebit, nisi eidem adiuncta sit clausula hæc vulgaris in calamo Notariorum ex consuetudine magis, quam testantium jussu obvias scil. *si non valet jure testamenti valeat jure codicillorum,* quo casu in instituti erit potestate vel ex testamento, petitione hereditatis directâ vel ex codicillis fideicommissariâ agere, ita tamen ut priori viâ semel electâ, alteri de novo in hærere nemo possit, nisi quis ex parentibus utriusque sexus ex liberis usque ad quartum gradum agnationis vinculis alligatus, vel cognationis nexu constrictus, usque ad tertium scriptus vel nuncupatus hæres sit; huic enim directâ actione semel intentatâ, ad fideicommissi subsidium convolare permissum erit, non enim lucra sed debita capere videtur, *l.ult.C.de Iur.Cod.*

47. Si non Codicillis multo minus pactis deferetur hæreditas. verum illius rationem adæquatam dari posse, negat Bach. *ad Treut. p. 1. disp.8. lit. A.* ibidem tamen hanc proximam addit, quod sicut certi acquirendæ obligationis & dominii de jure sunt modi constituti, ita & certa esse adquirenda hæreditatis media determinata, scil. ut hæc tantum lege & testamento deferatur, cui hæ adveniunt, ne per pacta libera testandi facultas adimatur, nec non captandæ mortis indicetur votum, Perez *ad Cod.Gail. Treut.*

48. Et tale pactum ne consuetudine, vel statuto quidem confirmari posse sentit Gail. 2.*Obs. 126. ast Bach. ad Treut.* contra nempe idipsum consuetudine & statuto stabiliri posse, cui & ego calculum adiicio, interea Gail. *d. l.& Obs.127.* eiusmodi pacta ne juramento quidé validari posse existimat simpliciter, cui quoad Jus civile, libenter, secus quoad Jus Canon. (quod in similibus sequimur, Rittersh. *in diff. suis Iuris Civil.& Can.* Perez *ad Cod.*) assentior, quia tale juramentum bonis moribus naturalibus non repugnat, ratio: quia non præcisè per illud inducitur votum captandæ mortis, sed tantum id in eo, cui paciscimur

mur civiliter præſumitur, quæ præſumptio promittentem ipſum, à vinculo juramenti de Jure Canonico non abſolvet.

49. Interim priori regulæ, de Jure Civili veræ, ita inhæreo, ut hæreditatem tam pactis reciprocis, quam ſimplicibus dari non poſſe ſtatuam, *contra Treut. d. loc.* quia reciprocatio turpitudinem pacti non tollit, Perez *ad Cod.* imò potius ampliat, quia hic ex duplici motivo, alteruter paciſcentium ad execrabile captandæ mortis votum accenderetur, primò, ut alter, alterius morte præventi, hæreditate gauderet, ſecundò, ut ſimul priſtinæ ſuæ diſponendi libertati (ſi verum, quod tradit *Gail.* talia pacta eſſe irrevocabilia) rurſum reſtitueretur, item quia in ſimplici pacto unum tantum & ſimplex, hic vero duplex captandæ mortis votum timeri poſſet, & ideò quod hoc paſſu ſimplici pacto non licet, multo minus reciproco licere ſentio.

50. Quod tamen in militibus in procinctu comprehenſis, & ad communem mortis aleam pergentibus limitat *Perez, Bach ad Treut. Gail.* idque conſuetudine, hominum memoriam excedente, inter perſonas illuſtres (quia in his ſiniſtra captandæ mortis ſuſpicio ceſſat) inductum eſſe habet, *lib. 2. obſ.* 127. intuitu ſc. & favore agnationis & familiarum illuſtrium, nec non conſervandæ pacis & tranquillitatis publicæ. Eodem modo inter liberos diverſi matrimonii unionem prolium præviâ Magiſtratus authoritate, Tutoris & agnatorum conſenſu, in diverſis germaniæ locis receptam eſſe tenet. *idem Gail. 2. O. 125.*

51. Et ulterius inter coniuges pacta reciproca de ſucceſſione valere. *d. 2. obſ. 127.* cum hac tamen diſtinctione, quod vel fuit de ſuccedendo promiſſio facta per ſtipulationem donationis cauſa inter vivos, an vero per pactum ſimplex reciprocum, illo caſu, non ſolum inter coniuges, ſed & alias perſonas abſque ullo diſcrimine promiſſionem de ſuccedendo irrevocabiliter tenere, hoc caſu niſi particulariter facta ſit, prorſus invalidam exiſtere.

52. Verum illo caſu, re penitiùs inſpectâ, etiam ſtipulationes, donationis cauſſa inter vivos de ſuccedendo factas, ob prædictas in iisdem militantes juris rationes, inprimis de Jure civili prorſus non ſubſiſtere poſſe contra tantum virum, bonâ tamen

 pace

pace eiusdem sustinere cogor, de Jure statutorum vero, qui bus talia pacta introducta, eadem in dubio non aliter, quam ut Jure Civili, hoc in passu summâ ratione subnixo, in minimo derogent, interpretanda esse, ideoque pacta eiusmodi non alias vires, quam donationes mortis causa factas habere, & per consequens revocabilitati subiectas esse, *arg. l. 19. C. de pact.* concluderem cum *Treut. p. 2. disp. 7. th. 7.*

55. Hoc quoque casu nec promissionem simplicem particularem de Jure Civili alicuius momenti esse defendo, nec obstabit; quod per eam liberè disponendi facultas promittenti, planè sublata non sit, quia hæc ratio Juris civilis improbatoria sola nequaquam est, sed accedit quod pactis non, sed lege & testamento detur hæreditas, item quod votum captandæ mortis, tam ob particularis quam universalis successionis promissionem exoriri possit, quoties autem quid, ob duas vel plures causas de Jure Civili prohibetur, non sufficit ad prohibitionis cessationem unam earundem cessare. *arg. § 6. Inst. de nupt.*

54. Sed quia ad legitimam hæredis institutionem voluntas testatoris, eiusque testabilis, solenni elogio rite declarata, non sola sufficit, sed etiam requiritur, ut instituantur vel legitimè exhæredentur, qui præteriri nec iniquè exhæredari debent, aut præteriti vel malè exhæredati, testamentum tam de jure civili quam prætorio invertere possunt, item ij instituantur, cum quibus testamenti factio est, adeo ut si alterutrum negligatur, hæres institutus etiam præmissis omnibus diligenter observatis, designationis finem allequi id est in jus testatoris, in quo materia institutionis existit, hæredibus ab intestato exclusis succedere *l. filium §. sed si portio de leg. præst. l. hereditas 62. d. R. I.* haud valeat.

55. Quoniam I. casu vel Testamentum ipso jure nullum erit, vel ipso jure validum competenti remedio rescindetur, ut infra latius. Item secundo casu, si quia incapax instituatur, vel eius pars ad cohæredem capacem, vel si talis non sit, ad hæredes ab intestato, imo ad fiscum ipsum præter testatoris mentem, institutum honorare volentis *Wesemb. in par. hoc tit.* tota hæreditas devolvetur, *tot. tit. de his quæ pro non scrips. & tit. quib. & indig.*

56. Illo-

56. Illorum scil. qui institui vel exhæredari debent in omni linea tam recta, eaque descendenti & ascendenti quam collaterali deprehenduntur, *Treutl. Sutb.* Sed quia ex ordine mortalitatis in jure succedendi descendentium potior habetur ratio, *Inst. de ha. q. & D.* §. 2. *& l.* 30. *de liberis & posth.* de illis prius videbimus.

57. Eiusmodi igitur sunt vel sui, nempe in proximo gradu suitatis constituti, vel emancipati, illi, vel tales nati sunt, vel facti, & hi, vel naturales tantum nati, & sui per legem facti, vel civiliter tantum sui facti, nati extranei, hi omnes indistinctè, etiam hodiè, excepto adoptivo ab extraneo, vel institui, vel exhæredari debent, *Inst. de exhared. lib. in princ.* sin secus fiat, testamentum Jure Civili ipso jure nullum erit, *l.* 30. *de lib. & posth. l.* 1. *ff. de iniust. rupt.* Secus de Jure prætorio, *Treut. ad eund. Bach. Sutb. contra Clar.* §. *Testam. q.* 43. *n.* 1. *arg. l.* 12. §. *ult. l.* 19. *de bon. possess. cont. tab. l.* 17. *de iniust. rupt. cuius quæstionis utilitatem, vid. d. loc. apud Iul Clar.*

58. Imò hæredis sui institutio adeo necessaria est, ut ea omissa, etiam tacente & abstinente filio præterito, in omnem casum, sive venientes ab intestato, sive extranei instituti sint de Jure Civili Institutionem vitiet, *Iul. Clar. q.* 245. §. *Testam.* quia testamentum cum omnibus requisitis Juris publici est, ideo eidem per privatum sive tacentem, sive abstinentem derogari non potest, *l.* 13. *C. de Test.*

59. Secus de Jure prætorio, tunc enim venientibus ab intestato institutis ex æquitate testamentum sustinebitur. *d. l.* 17. *ff. de iniust. rupt.* prætorem iisdemque bonorum possessionem secundum tabulas cum re dare posse tenet *Bach. ad Treut.* ex ratione quod prætor solummodo consideret num testamentum septem testium signis munitum, & instituti sint, qui simul à lege ad hæreditatem filio, abstinente vocantur.

60. Sed quid si ante testamentum conditum, vel in ipso testamenti actu præteritioni consentiat filius? adhuc nullum esse testamentum patet, *arg. l.* 35. §. 1. *C. de inoff. l.* 30. *de lib. & posth. juncta. l.* 13. *C. de Testam. l.* 55. *l.* 112. §. 3. *de leg.* 1. quod *Iul. Clar. d.* §. *testamentum q.* 43. modificat, hanc nempe sententiam de Jure Civili, has solennitates strictè requirente veram esse, se-

 cus

cus de Jure prætorio, cui, ex priori, resolutæ quæstionis fundamento assentior.

61. Neque tamen id, quod liberi sui in proximo suitatis gradu consistentes, absque nullitatis vitio in testamento præteriri non possint, olim de Jure Civili, differentiam inter gradum . sexum, & nativitatem faciente, indistinctè verum erat, erat, filio enim primigradus præterito testamentum nullum tantum erat, secus in filia, & nepotibus ex filio, verum testamentum firmum manebat, & præteriti scriptis cum hac distinctione accrescebant, utsi illi sui essent, præteriti æqualiter portionem virilem, si extranei, semissem auferebant indistinctè, Ulp. *tit* 22. §. 14. *Gaius lib. 2. tit. 3. §. 1.* & hæc de natis.

62. Posthumo, cuiuscunque gradus & sexus præterito testamentum initio subsistebat, & adhuc subsistit, § 1. *Inst. de exher. lib.* quia is ante nativitatis tempus suus hæres, imò propriè animal non est, sed potius spes animantis, *l. 2. ff. de mort. inf.* Sufficiet ergo posthumo jura sua in tempus nativitatis esse integra & testamentum rumpi, ubi nascitur posthumus vivus & perfecta specie, *l. 2. & 3. C. de posth. inst.* Secus si partus abortius, vel monstrosus nascatur, quia monstrum & prodigium inter homines numerandum non est, *l. 14. ff. de stat. hom.* Sed quis dicatur monstrosus *vid. lat. Sich. ad l. 3. C. de posth. hær.*

63. Si tamen Testator adiecerit testamento clausulam Codicillarem censetur filium posth. rogasse, ut hæreditatem ab intestato restituat, *arg. l. 29. §. ult. de test. l. fin. §. 1. de Cod. Sutb.* nisi testator ignoraverit uxorem prægnantem. *l. 10. 19. ff. de Iur. Cod. l. 77. §. 29. de leg. 2. vid. Gail. 2. obs. 114. Iul. Clar. §. Testam. q. 46.* Sed quid si natus statim expiret, Num testamentum rumpet? de Jure Civili affirmativa placet, *l. 3. §. 4. ff. de iniust. rupt. d. l. 2. C. de lib. & posth.* De Jure prætorio distinguimus, vel natus post testamentum vivo patre illico decessit, vel post mortem patris natus statim obiit, hoc casu idem Juris erit cum Jure Civili, illo casu iterum distinguendum vel testamento scripto vel nuncupativo posthumus præteritus, hoc casu, quia Jus prætorium testamentum nuncupativum nescit, illud à Jure Civili rursus non differet, illo casu secus, sed testamentum sustinebitur

cus, sed testamentum tur, *l. 12. ff. de iniust. rupt.* idque maximè si instituti sint venientes ab intestato.

64. Hic notes posthumum in hâc materiâ, alium propriè, alium impropriè & largo modo, alium quasi posthumum dici, primus est qui posthumatum testatorem natus, *l. 3. §. 1. ff. de iniust. rupt.* vel utero excisus, *l. 141. ff. V. S.* sive filius, sive nepos sit, hic ex præmortuo filio post mortem avi genitus, ex beneficio l. Gallus, primùm, ad conservandum avi testamentum utiliter institui potuit, ille etiam ante mentionatum Galli beneficium, *d. l. 3. in prin. §. 1. inst. de exhared.*

65. Impropriè & largo modo posthumus dicitur, qui vivo testatore, sed post testamentum in lucem prodiit, ille sive filius sive nepos fuerit, juxta primum l. Velleiæ caput d. legem Gallus, in hoc supplens, pro testamenti etiam aviti meliori conservatione, hæres nominari potest, *d. l. 3. §. 1. d. l. Gallus § 12. de lib. & posth.*

66. Quibus haud ineptè eos adscribes, qui post testamentum in filios arrogantur, vel ab uno ascendentium adoptantur, item qui naturales nati ex post legitimantur, hi enim omnes patriam potestatem agnoscunt, uti supra, ergo præteriti testamentum rumpent, *l. 17. de iniust. rupt.*

67. Quasi posthumus est, qui tam ante testatoris mortem, quam ante testamentum natus fuit, sed suus in proximiori gradu non extitit, hic ex secundo capite d. l. Velleiæ, in locum sui hæredis quasi agnatus institui vel exhæredari debet, *d. l. gallus §. 3. inst. de exhared.*

68. Constitutio vero Justinianea *in l. 4. C. de lib. preter.* præfatam liberorum differentiam inter sexum & gradum sustulit, adeo, ut nunc tam filii quam filiæ, cum nepotibus ex masculis, item tam nati quam nasciturí in utroque similiter sexu omnes eodem modo exhæredandi, nec absque nullitatis vitio, aut rumpendi periculo præteriri queant.

69. Salvâ tamen adhuc manente differentiâ inter suos & emancipatos, *contra Mynſ. Manz. Harpr. Inst. de exhered. lib. item Wesemb. in parat. de lib. & posth.* Quam differentiam non evertet, *§. 5. inst. de exhared lib.* neque allegata constitut. *l. 4. C. de lib. preterit.* ita ut & hodiè hærede suo præterito testamen-

tum quoad omnia corruet, cui minimè obstat *auth. ex causa C. de lib. praet. Surb. Treut. Perez. Cuiac. in l. 17. de iniust. rupt.*

70. Secùs in emancipato, illo enim & hodie praeterito testamentum jure civili validum existit, contra quod tamen eidem ex edicto praetoris, per bonorum possessionem contra tabb. succurri poterit, *d. Surb. Treut.* quia licet hic civiliter suus esse desierit, mansit tamen in ipso irradicabile naturalitatis vestigium, quod civilis ratio non tollit, l. 8. *ff. de R. I.* Ex quo facilè colliges, me hanc bonorum possessionem ad adoptivos emancipatos non extendere velle, quia in his civili patriae potestatis vinculo soluto, nihil ex pristino reliqui supermanet, *l. 13. de adoption.*

71. Praeteritus non solum dicitur, qui neque institutus, neque exhaeredatus, sed & is qui institutus, sed non legitimè scil. si filius sub conditione casuali, vel mixta haeres designatus, hic enim pro praeterito habebitur, *l. 4. de hared. instit. l. ult. de condit. instit. l. 4. C. de instit. & substit.* adeo, ut & tunc testamentum, quoad omnia ipso jure nullum sit, *per supra deducta contra Treut. disp. h. tb. 3. lit. B.* nec obstabit *l. 32. & 36. C. de inoffic.* quamvis Cast. referente Jasone *in d. l. 4. C. de instit. & substit.* totum mundum hisce textibus respondere posse negaverit.

72. Quod & in posthumo verificabitur, hic enim sub simili conditione institutus, eâdem pendente natus, tanquam praeteritus testamentum rumpet, *l. 24. D. de lib. & posth.* Secus si illa ante eum natum extiterit, *l. 22. eod.* Sed quid si posthumus in tempus post testatoris mortem existens sit institutus, & hic vivo testare nascatur, num ille pro praeterito habendus? quod affirmat. *l. 10. de lib. & posth.* Negat. *l. ult. C. eod.* in quarum LL. conciliatione, quam variè DD. se torqueant, *ex Bach. ad Treut. disp. hac patebit.* sed ego ad illorum accedo sententiam, qui *d. l. 10. per l. ult.* correctam esse statuunt, quo & inclinat *d. Bach.* & hanc unam ex 50. decisionibus esse tenent, *Accurs. & Cuiac. ad Paul. lib. 5. sent. 4.* quae sententia pro conservandis ultimis voluntatibus videtur probabilior, *Perezio ad Cod.*

73. Exhaeredationem legitimè factam ad effectum praedictum dupliciter considero, primo pro solennitate testamen-

ti &

ti & distiuguo inter Jus vetus & novum, illo jure, filius natus nominatim, filia & ex filio nepotes inter cæteros, posthumus verò absque gradus distinctione etiam nominatim, posthuma verò inter cæteros quoque, cum appositione tamen legati exhæredari potuit, quod hoc Jure novo *per d.l.4.C.de lib. & posth.* ita correctum, ut hi omnes parificati absque differentia indistinctè nominatim exhæredentur, cui solennitati de Jure novissimo *per Novel.115.c.3.* nihil derogatum esse, *contra Bachov. ad Wesemb. in parat. de lib. præterit. Mynf. Manz. Sichard. ad Cod.* Sed adhuc per exhæredationem solam sive nati sive nascituri filii testamentum ipso jure tam diu sustineri statuo, donec idipsum per querelam rescindatur, quo prævio hodie sola tantum institutio, cæteris testamenti capitulis salvis, ad nihilum redigetur *auth. ex caussa C.de lib.præt.*

74. Secundò exhæredationem à posteriori considero, quatenus scil. hæc, omisso ab exclusis remedio rescissorio, vel eodem intentato, ab hærede autem scripto, per probationem caussæ adiectæ (sive talis *ex 14. in d. Novel.* recensitis, vel alias maior illis vel par sit) discusso, exhæredatos verè excludat, testamentumque firmum conservet, adeo ut illud à nepote, eiusdem patre ab avo justè exhæredato, vel avia eiusque ascendentibus benè præterito (quod enim de exhæredatione statuo, & idem de hac præteritione volo) frustra infestetur. sed hæc de descendentibus, qui vel instituendi, vel legitimè exhæredandi.

75. Sicut vero illi, absque distinctione sexus & gradus à parentibus, ita & hi ab illis quamvis ex diversâ, nempe non ratione naturali, tanquam lege tacitâ ipsis hæreditatem addicente, sed commiserationis, *l. 7. §. ult. ff. si tab. test. nul. l. 15. de inoff.* instituendi, quæ tamen tanta non est, ut iis præteritis testamentnm sit ipso jure nullum, sed æquè, ac iniustè exhæredatis, querela inofficiosi rescindi debeat, *contra Bach. ad Treut.* ad hanc igitur rescissionem utroque casu evitandam, justa caussa exhæredationi, vel præteritioni adiecta, ab hærede probabitur, quæ vero justa caussa sit patebit ex *d. Novel. 115.c. 4.* illis etiam tam maiores, quam pares caussæ exhæredationem hìc, uti supra in liberis, qualificabunt.

76. Dico querelâ tale testamenium rescindi debere, quia tam

tam de Jure Civili quam Prætorio nullum aliud remedium parentibus superest. Quæ olim in emancipatorum liberorum testamentis tantum, ordinariè locum habebat, quia sub potestate constituti non nisi de castrensibus testari poterant, super quibus dispositio facta frustra impugnabatur, nisi jure communi veteranorum instar eadem condita essent, argumento *l. 8. §. 3. & 4. de inoffic.*

77. Jure Codicis vero tam horum, quam quasi castrensia peculia possidentium testamenta *per. l. ult. C. de inoff. & l. ult. C. qui testam.* ab eiusmodi impetu liberata, Jure verò Novissimo *Novel. 115. c. 4.* querelæ rursum mancipata sunt, *Treut. & Bach. Perez. ad Cod.* sunt tamen qui adhuc testamenta jure militari facta excipere conentur. Hæc de institutione & exhæredatione tam descendentium quam ascendentium; restat nunc collateralium.

78. Inter quos frater præcipuum sibi vindicat locum & ideo frater, non ultra, testamentum fratris aliquando invertere potest, cui ergo, non solum germano sed etiam consanguineo (quibus *Bach. ad Treut. disp. de inoff.* uterinum quoque adiicit) non ut propriè præterito vel exhæredato, sed ut turpi personæ postposito, adeoque odio instituti & prælati hæredis, infamiæ maculâ contaminati, querela datur, *l. 27. C. de inoff. Suth. diss. 9. n. 81. Iul. Clar. §. Testamentum Q. 50.* nisi ipsi quoque postposito turpitudinis vel ingratitudinis caussa imputari possit, quæ vigore subjunctorum versiculorum quamvis non ita elegantium triplex à d. Suth. recensetur.

peliltur à fratre frater causis tribus, ut si
arguit, hunc sceleris, vel ei vult tollere vitam,
vel si jacturam rerum sibi moverit unquam.

79. Ex quibus omnibus non simpliciter argues, ergo parentes liberos gratos, & hi parentes, & frater fratrem non malè meritum in omnibus post se relictis necessariò instituere debent: fateor quidem inprimis jure naturali, simpliciter & indeterminatè dictante, ad liberos universum ac omne parentum Jus, dein ex pietate & commiseratione ad hos illorum, & denique ex dispositione juris etiam naturalis, quamvis non præcisâ ad fratrem fratris bona omnia devolvi, sed jure civili tanquam mensu-

menſurâ juris naturalis ſuperveniente, quomodo & in quas partes, hi etiam grati, invicem inſtitui neceſſario debeant, determinari, cum indecorum viſum eſſet ultima elogia ita coarctari. *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* ut præ hiſce, quis nihil in bonos ac pios uſus, vel amicos de ſe optimè meritos exponere poſſit.

80. Quare Jus Civile (quando, non conſtat) portionem quandam certam memoratis caſibus neceſſario relinquendam præfixit, quæ Græcis νόμιμον μέρος, νόμιμος μοῖρα, in inſcriptione Novell. 18. legitima pars vel portio dicitur, fuitque illa ante Juſtinianum, ſive de omnibus liberis, ſive de parentibus, ſive de fratribus, (uti ſupra) ſermo ſit, olim quarta pars univerſorum bonorum ſeu totius ſubſtantiæ, inter omnes pro ratâ diſtribuenda *§. ult. Inſt. de inoff. l. 6 C. eod.* ſeu quarta pars eius quam quis ab inteſtato fuiſſet habiturus *l. 8. §. 6. & 8. ff. de inoff. l. 8. & 31. C. de inoff.* Nunc vero ex Juſtiniani conſtitutione *Novell.* 18. eadem, pro numero liberorum ita amplificata, ut ſi quatuor vel infra ſint, triens, ſi ultra, ſemis à parentibus relinquenda, à parentibus inquam, ſecus à liberis, multominus à fratribus, idque ob rationem dict. conſtitutioni inſertam, in his ceſſantem, contra DD. communiter quos allegat & ſequitur. *Fachin. lib. 4. controv. 28.*

81. Quia ex præmiſſis patet huius portionis formalem & propriam definitionem, non eſſe naturalem, ſed civilem *Gail. lib. 2. obſ. 114. n. 4. Item obſ. 122. n. 3.* ideo illam qua talem, etiam inter liberos contraria Juris vel ſtatuti diſpoſitione non ſolum minui, ſed & plane tolli poſſe defendam.

82. Dico definitionem illam certæ quantitatis formalem, quæ propriè legitima dicitur in totum tolli poſſe, quod ſi vero per eam impropriè ſic dictam ipſum ſuccedendi Jus (uti illam abſque dubio, illuſtriſſimum Cæſareum Camerale Prætorium, judicans legitimam in totum tolli non poſſe *Gail. 2. obſervat. 122. n. 11.* intelligere voluit) ſumas, in liberorum legitima, quoad ultimum vela vertam, in parentum vero, & fratrum ubique conſtans manebo, quia horum ſuccedendi Jus non ita in lege naturali præcisè radicatum, ut hoc, ſanctio quædam civilis ad teſtatoris liberum arbitrium conferre non poſſit.

83. Extra hanc legitimam, olim indiſtinctè liberis, parentibus & fratribus titulo quovis, mortis cauſa, particulari,

 hodiè

hodiè verò ex præscripto sæpedictæ Novell. honorabili institutionis titulo (fratribus exceptis) relictam, libera erit super residuo tam inter liberos, parentes & fratres, quam extraneos ultima dispositio, eaque adversus omnem querelæ aculeum munita permanebit, quod si tamen relictum, legitimam haud adæquet, non contra testamentum; sed ad supplementum contra hæredem agetur, quod intra spacium tricennale liberum erit. Si vero illud legitimam in quantitate assequatur, gravamen tamé implicitum habeat, idipso jure quasi non scriptum erit, nisi inter liberos de fideicomisso reciproco à parente dispositum, hoc enim firmum manebit *l. 12. C. de inoff. cui non obstat l. 32. C. eodem.* quæ tamen omnia ad paganos restricta velim.

84. Cæteroquin miles, pater, filius vel frater inter alia privilegia, uti quilibet extraneus prædictorum neminem habens, quemcunque hæredem unum vel plures tot quot ipsi libet modo aditio non fiat impossibilis etiam eos, cum quibus testamenti factio non existit, liberè instituere potest.

85. Cum omnibus autem testamenti factio est, nisi exexpressè quis dicatur incapax *Sichard. in Cod. ad rubr. de hered. instit. n. 4.* qualis tribus, testamenti scil. mortis testatoris, & ipsius aditionis, temporibus existere non debet. Ita ut si uno tempore eiusmodi fuerit, perinde erit ac si semper talis fuisset *§. 4. instit. de hared. qual. & diff.*

86. Dicitur quis incapax vel simpliciter, vel secundum quid, illum dico qui plane nihil ex ullius testamento capere potest, qualis deportatus, quia peregrinus est, *l. 1. C. de hered. instit.* item in metallum damnatus extra alimentorum causam *l. si metallum ff. qui pro non script.* hæreticus *l. 4. auth. credentes C. de her.* collegia illicita *l. collegium C. de hared. instit.* (num incestuosè natos, qui ipsi non deliquerunt huc referam valde dubito) item mulier intra luctus tempus nubens *l. 1. C. de secundis nupt.* item ob carmen famosum damnatus *l. 26. ff. qui test. fac. poss.* persona incerta qua talis, *l. 9 §. 9. de hared. instit.* excipiuntur pauperes, Ecclesia & municipia, quę ob favoribilitatem certum caput repræsentant, & institui possunt.

87. Secundum Quid incapaces olim ex lege Voconia fœminas fuisse, notatur *ab Anton. Aug. de leg. pop. Rom.* item cœlibes & orbos fuisse colligitur *ex Vlp. tit. 18. de cadac. & not. Goth. fr.*

Gothofr. ad tit. 13. *Ulp. de cælibe & Solitario Patre*; Nunc verò ij ſunt, qui ex inceſtis nuptiis nati, quia ex utriusque parentis teſtamento nihil capiunt, *l.6.C.de inceſt. nupt.* Item naturales ex muliere liberâ ſub ſchemate concubinæ ſociatâ ſuſcitati, hi enim à parente, quodam reſpectu, in certam tantum partem inſtitui poſſunt vid. *Novell.89.c.12.*

88. Alii verò incapaces ſunt per ſe vel per accidens, ad illos, ſupra mentionatos referam, hos, dico eos, *qui ſub tit. de his quib. ut indig.* comprehenduntur inter quos omnes, non exigua exiſtit differentia, quia illi de Jure habentur pro non ſcriptis, hi in ſpecie dicuntur indigni, unde quod illis relictum, ſi cohæredem habeant, ipſi de Jure accreſcit, ſi verò talem non habeant, tota hæreditas legitimis ab inteſtato hæredibus defertur; quod verò indignis relictum, à fiſco tanquam caducum aufertur, *toto tit. de his quib. ut indig.*

89. Hæres igitur, qui de Jure ſimpliciter capax eſt, ſive in totum ſive pro parte, *arg.§.5. inſtit. h.tit. Treutl. Diſput. hac Th.4.* ſive in re certa inſtitutus hæreditatem omnem obtinebit ex aſſe. *Sichard. ad l. quoties C. de hered. inſtit. Perez ad Cod. Weſemb. ad parat. h.tit.* quia hiſce caſibus teſtati cauſa trahet ad ſe cauſam inteſtati *Sich. d.l.* ne quis partim teſtatus & partim inteſtatus contra *l.7. de R. I.* decedat. *Bachov.*

90. In partem inſtitutus aſſem jure accreſcendi obtinet. in re certâ verò, detractâ rei mentione univerſaliter inſtitutus de jure habetur *l.1.§.4.l.9.§.13.l.10. ff. de hered. inſtit.* quia ſeſe invicem non compatiuntur eſſe hæredem iuxta verba teſtatoris, & rem tantum capere ſingularem.

91. Huic tamen ſi additus cohæres, & ille, vel in re certâ, vel in jure univerſitatis, illo caſu uterque, etiamſi res non æqualiter à teſtatore diviſa ſit, detracta tamen eiusdem mentione ex æquis partibus hæres erit, niſi expreſſa refragetur teſtatoris voluntas *d.l.9.§.13.* Hoc caſu non ante hæres erit, quam hæreditatem repudiaverit adiunctus cohæres *d.l. quoties. C. de hered. inſtit. Bachov. Treutl. Perez. Sichard.* donec tamen hoc fiat, jus huius in ſuſpenſo erit, unde hunc pro tertiâ quâdam ſpecie, conſtituunt *DD. Bart. Caſt. Iaſ. Salic.* quia neque hæres, neque legatarius eſt, ſed in aliquibus & legatarii & hæredis naturam ſequitur. *vid. lat. l. Sic. ad d. 13. & Bach. ad Treut. diſp. 12.*

92. Sed quid si testator in re certa institutum, eo, in quo scriptus, præcise contentum esse jubeat, num per hoc, accrescendi jus præ impediri possit, circa illud quadruplicem Doctorum sententiam noto. est prima Bart. *in d.l. quoties 13.* ubi distinguit, num solus institutus sit, vel ipsi quidam additus, hoc casu deficiente cohærede nihilominus illi totam hæreditatem accrescere, illo vero secus.

93. Secunda illorum qui contra indistinctè, sive solus sive cohæres institutus, Jus accrescendi negant, *ita Dec.l.1. n.2. C.de test. quem Sichard. ad Cod. d.l.13. sequi velle videtur*, Tertia eorum qui indistinctè Juri accrescendi locum faciunt, ut in specie, *Alex. ad d.l.quoties*, quam opinionem Juri stricto magis convenire testatur *Bach. ad Treut. p.2.disp.12.th.1.lit.A.*

94. Quarta & media sententia Salicet. *ad d. l. quoties* quod scil. utroque casu juri accrescendi ipso quidem jure locus sit, sed hæres scriptus teneatur vi istius prohibitionis, tanquam ex fideicommisso reliquam partem hæredibus ab intestato restituere, quam sententiam tanquam æquiorem, *à Dom. præcept. meo, Viro Nobiliss. I. C. Ioann. Daal.* olim in collegiis commendatam esse memini, interim tertiam Juri stricto magis consonare non diffiteor.

95. Pluribus hæredibus institutis, in genere advertas, quod si tales & coniunctim & disjunctim instituti sint, illi pro unâ reputentur persona, *Treut.disp.h.th.4.l.c.l.59.§.2.de hæred. instit.* nisi ostendatur testatorem non tam coniungere, quam celerius loqui voluisse, *l.66.de hæred.instit.*

96. Cæterum tres distingue casus, vel nulli hæredum adscriptæ sunt partes, vel omnibus, vel quibusdam tantum, primo casu æqualis erit successio; Altero, distingue, vel à testatore facta est æqualis distributio, & idem Jus esto, aut inæqualis, & rursum distinguitur, vel testator distribuit partes pro arbitrio suo, & tot erunt, quot adscriptæ sunt, vel ordinariè & solenniter juxta legitimas 12. assis partes hæreditatem inter hæredes partitus & triplex dabitur subdistinctio.

97. I. Aut partes scriptæ assem adæquant, II. aut non adæquant, sed infra eundem existunt, III. aut eum excedunt. Primo casu res clara est Altero singulis residuum pro rata accrescit, *§.videamus 7. Inst. de hæred. instit. l. 3. §. 2. & 3. ff. eod.* quoniam

niam testator tot partes hæreditatis facere voluisse videtur, cum nemo pro parte testatus decedere potest, *l.7.de R I.* Posteriori si scil. as inferior partibus scriptis, te ad assem solennem revocatâ, excedens singulis pro parte decresc:t, *d.§ 9. vers. ex diverso. Instit. h tit.* vel transitu ad dupondium facto & singulis portionibus id quod dupondio deest pro rata decrescet, quod tamen *l.23.in prin. C.de leg.* mutatum esse censeo, quam sententiam etiam à prædicto clariss. Domino Joann. Daal nobis traditam esse recordor.

98. Tertius casus principalis (ubi quibusdam partes adscriptæ, quibusdam non) tria quoque membra complectitur, I. vel partes adscriptæ sunt infra assem, & sine parte scripti residuum habebunt, *l. 17. in princ.de hered. instit. §. si plures Instit. eod.* II. vel assem excedunt, & sine partibus nominati id quod dupondio deest, habebunt, ad illum enim testator transitum facere voluisse præsumitur. *l. 18. ff. de hered. instit.* III. vel partes adscriptæ exæquant assem, & sine parte scripti novum aggredientur. *l. 53. l. 17. §. 3. & 5. eod. l. ult. de bon. poss. sec. tab.*

99. Præterea in testatore extraneo indifferens erit purè, sive cum conditione, aut die hæredem sibi relinquat, illa tamen, vel est possibilis, vel impossibilis, & hæc conditio talis dicitur, primo naturâ, *ut si cœlum digito attigeris*, secundò lege & Jure, *ut si proximum tuum occideris*, & idem hîc quod in priori Juris erit. Tertio ambiguitate & perplexitate impossibilis dicitur, quæ tamen, sicut cæteræ, non vitiatur, sed ipsam dispositionem vitiat, *l.si Titius 16.de Cond.instit.*

100. Possibilis conditio est, quæ indifferenter sese ad esse & non esse habet, & illam dico vel potestativam, casualem, vel mixtam, prior ex mera voluntate eius cui apponitur pendet, *ut instituo te si Titium visitaveris*, altera in merâ fortunæ aleâ, vel tertii arbitrio collocata esse potest, ut 1. *instituo te si Imperator Turcam devicerit, secundo si Titius Capitolium ascenderit.* Posterior de prioribus duabus extremis quid participat, & est partim potestativa, partim casualis: unde mixta dicitur, cuius exemplum inter alias subministrabit, *l.1.C.de instit.& substit.*

101. Ex hisce cuiuslibet effectus in genere duplex est, primus initialis, alter finalis, prior in eo est ut actũ sub se comprehẽsum

 ita su-

ita suspendat, ut ante eius eventum non modo nihil peti, sed & in præsenti materiâ nihil transmitti possit, posterior rursum duplex, primus ut per eventum, actum sibi suppositum non modo certum, sed & existentiæ suæ diem ad ipsum actus initium ita retrotrahat, ut fictione Juris nihil spatii intercessisse videatur, alter ut econtra per defectum eventus sui actum adeò nullum reddat, quasi nunquam de eodem fuisset cogitatum, sed uniuscuiusque effectum in hac materia, in sequentibus paucu-lis specialius discutiemus.

102. I. Effectus potestativæ conditionis in specie est, ut tamdiu suspendatur institutio, donec ea ab hęrede impleatur idque præcisè, quantum penes eundem existit *Treutl. Dup. b. th.5.* si verò per alium stet, quominus eadem impleatur pro completa habebitur. *l.8.§.6.ff.de condit. instit.* quia hoc casu testator nil amplius quam ut conditio absque morâ ipsius instituti impleatur, voluit.

103. II. Alius effectus est conditionis casualis, quia ea omnino impleri debet, sin secus, actus vitiabitur *l. unica §.7. C.de Cod. toll.* III. In conditione mixta, distinguendum erit vel illa consistit in mera voluntate eius cui apponitur & simul à fortunæ alea dependet, *E.g. si Titio nupseris instituo te*, illo moriente si conditio impleri etiam te invito non possit, institutio quoq; in cassum cadit *l.4.C.de cond. insert.* quod limita in unico alimentorum casu *l. 20. de annuis legatis.* Vel est conditio mixta & ex voluntate instituti & alterius simul pendens, hæc per alterum impedita pro impleta quoque censebitur *l. 1. C. de instit. & substit.*

104. Institutio ex die fit, vel certo vel incerto, si ex certo sive is pro termino à quo sive ad quem appositus, pro supervacuo erit *Treutl. Bach. Bart. §.9. instit. hoc tit. l. 34. ff. eod.* secus si ex incerto simpliciter tali, nempe cum nec apparet *an* nec *quando* sit exiturus dies, quia is non vitiatur sed conditionis instar est *l.75.ff. de cond. & demonst.* Idem dices de incerto secundum quid sc. an sit exiturus *l.21. quando dies legat. cedat.* In die vero incerto secundum quid: *Quando*, distingue vel adiungitur extraneo & hic quod in prioribus statues *l 9.C.h.tit.* vel ipsi hæredi adiungitur, & idem statues quod in die certo *Bart. Treutl. Bach.*

105. Conditionis vel diei eventu vel vere vel fictione

juris

juris existente hæres (uti supra insinuatum) in tali statu erit quasi ab initio pure institutus fuisset, in eiusdem igitur æque ac purè designati hæredis sola voluntate consistet, sese ad finem testatori instituenti præfixum qualificare scil. ut hæreditatem ab eodem assignatam nunc penitus delatam acquirendo, defuncti personam tam activè, quam passivè repræsentare possit.

106. Quod autem in hac subiecta extraneorum hæredum materia haud aliter quam per aditionis medium fieri poterit, quam olim certam verborum solennitatem requisiisse testatur *Wes. in parat. hic. n. 3.* nunc vero solo animo factam verbis & facto declaratam sufficere, adeo ut eâ præviâ hæreditatem non amplius repudiare queat, sed in omnibus tam commodis quam incommodis nolens volens defuncti personam sustinere cogatur. quemadmodum igitur ille de jure XII. tabularum (cuius durissimæ legis meminit *A. Gell. lib. ult. c. 1.*) creditoribus suis insufficiens, iisdem ad dilaniandum & discerpendum adiudicabatur ita & hæres nisi ex suo supplere valeret, durissimam hanc dilacerationis sententiam sentire cogebatur.

107. Per quod cum causaretur ut plurimæ hæreditates nisi de illarum opulentia evidentissimè constaret non solum cum maximo dispendio diu inaditæ manerent, sed & plane vacantes ad fiscum præter testantium scopum devolverentur, hæredibus certum cernendi tempus centum dierum à testatore cum hoc effectu præfigebatur, ut intra illud spatii non solum deliberare, sed & hæreditatis arcana perscrutari, imo semel repudiatam mutatâ ex post voluntate rursum resumere possent *Perez. ad Cod de Iur. delib.*

108. Ad cuius exemplum prætor etiam hæredibus tam sine cretione scriptis quam legitimis morã adeundi vel repudiandi trahentibus, ad instantiam substitutorum, legatariorum, creditorum, nec non proximorum hæredum, respectivè ab intestato & ex edicto successorio venientiũ, certum, non minus quam cẽtum dierum tempus præstituebat, quo absq; declaratione præterlapso, instituti, vel mortis tempore ex lege proximi, ipso jure excludebantur *l 6. 9. ff. de acq. vel amit. hæred.* quo vero nundum decurso hæredes absq; aditionis resolutione è vita decedentes, nihil ad posteros transmittebant; Cui ut melius provideret Justinianus annales inducias etiam non petitas regulariter, c im

trans-

transmissione juris intra easdē adeundi induxit *l.19.C.de Iur.del.*

109. Cum verò nec hoc sufficeret, sed plurimi sub umbra lucrosæ hæreditatis decepti, rebus hæreditariis minus accuratè perspectis, per aditionem nihilominus oneri æris alieni ipsam hæreditatem excedentis subiugarentur d. Imper. Justin. ad exemplum ***Adriani & Gordiani Impp.*** omnibus hæredibus per beneficium inventarii *l.fin.C.h.tit.* plenius providere studuit, ut eodem, intra 30. dies, post apertas tabulas, vel notam tabularum aperturam, vel à tempore (quo sibi ab intestato delatam hæreditatem cognoverint) numerandos, inchoato, nec non intra sexaginta dies ex post præteritos ad formam dict. leg. præscriptam confecto, legatariis Falcidiam perpetuo detrahere & apud creditores defuncti non ultra hæreditatis vires, eiusdem personam repræsentare valeant.

110. Quæ solennitates ad inventarium hoc requirantur, & quæ incommoda in defectum unius vel alterius earundem hæredes maneant, docebit latius ***d.l.fin. & Roland. à Valle in special tract.de inventar.*** qua verò utilitate iisdem ad amussim observatis gaudere possint, habet prolixius ***Stebard. ad d. l. fin.*** Interea hoc noto, quod per ***alleg. l. final.*** non solum hæredi ipsi, sed & per consequens ipsis creditoribus, testatoris in effectu consulatur.

111. Creditores enim defuncti, dum hæres adiens, ob propria nomina non solvendo futurus timeretur, ad remedium prætoris de separationibus re adhuc integrâ convolare cogebātur, quo neglecto cæteris parificabantur ***tot. tit. de separ. bon.*** quo hodiè in casum inventarii legitime ab hærede confecti nunquam indigebunt. Quamvis hæc hæredibus extraneis directè statuta sint, eadem tamen hæredibus suis à Prætore abstinēdi beneficio dotatis æque proficere non negamus ***Treut.p.2.disp.12.& ib. Bach.th.7.*** Sed quia præsens conditio ob rem, tam temporis quam librorum angustam, subiectæ materiæ pro eiusdem dignitate latiùs insudare nequaquam permittit, hîc subsisto, interea ignoscent, qui dignoscunt, & conatum hunc modico interstitio coarctatum, penso Academico, nec non bene volentibus (cæteris enim, quibus nunquam, & nullus bene, non loquor) sufficere confidens, cum quo incepi, cum eodem, in nomine eiusdem concludo.

FINIS.